

**Dissertatio medica, inauguralis, de variolis inserendis ... / eruditorum
examini subjicit Gulielmus St Clare.**

Contributors

St Clare, William.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, 1780.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/a6ed72c6>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS, 6.

D E

VARIOLIS INSERENDIS.

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

N E C N O N

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

GULIELMUS ST CLARE,

BRITANNUS,

Societatis physico-chirurg. præses annuus.

Ad diem 24. Junii, hora locoque solitis.

EDINBURG:I:

Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,L XXX.

Viro spectatissimo,

E D V A R D O P A R K E R,

De Browsholme,

A R M I G E R O,

Pro generis antiquitate

Et dignitate illustri;

Sed pro prisca hospitalitate Anglicæ,

Pro patriæ amore,

Et aliis virtutibus præclaris

Illustriori,

Hanc Dissertationem

D. D. D.

A U C T O R.

OF THE CHURCH.

D I S S E R T A T I O M E D I C A ,

I N A U G U R A L I S ,

D E

V A R I O L I S I N S E R E N D I S .

IN morborum, qui vitae humanae formam miserabilem reddiderunt, catalogo, inter primos stant variolae. Et, quamvis hujus mali causas explorare, et acerbitati obviam ire, a prima invasione, operam praestiterunt medici ; omnis tamen opera periret atque proruit, in Europa saltem, usque ad hujus seculi initium. Quo tempore, casui, vel recentiorum sagacitati, cedere cogebatur : Adeo ut hic morbus, qui, per secula fere decem, humanum genus devastabatur, terrorem et stragem undique diffundens,

6 DE VARIOLIS INSERENDIS.

dens, tandem armis spoliabatur : Et horum posteri, qui variolas pestem utpote gravissimam fugiissent, ultro aggredientibus se offerunt. In hac dissertatione, de variolis inferendis, pauca dicere est consilium : Quod ut melius absolvam, sequentem proposui ordinem.

1mo, Infisionis historiam quam brevissime percurram.

2do, De modo corpus efficiendi morbo opportunius tractabo.

3tio, Inferendi modum optimum describam.

4to, Morbi post infisionem cursum, signorum causam, prognosin, et medendi rationem, depingam.

5to, Denique, unde profluant hujus artis commoda explorabo, et quae contra eam objecta leviter perstringam.

H I S-

H I S T O R I A.

Antiqui, quoniam de variolis ex toto silent, inter eos latuisse prorsus est verisimile; quia graffantem in suis quemque temporibus morbum accurate exprefferunt. Oratum in Arabia primum traxisse variolas, inter omnes fere constat; in his nempe regionibus, Palestinae finitimiis, et usque ad oceanum porrigentibus; quarum incolae feroceſ et indomiti, vitae necessariis contenti, parum consuetudinis ac societatis cum aliis habuerunt. Sed, quamdiu morbus tam atrox ibi latuiffet; et quibus modis in corpus humanum fuiffet excitatus, minime nobis compertum eſt. Septimi ſeculi autem initio citius diſseminatum eſſe morbus non patet. Hoc vero tempore, Mahomet, mira cupiditate novae religionis per orbem terrarum propagandae ſtimulatus; non blanditias tantum experiebatur, ſed e-
tiam

8 DE VARIOLIS INSERENDIS.

tiam ad vim armorum ventus est. Ut voti compos fieret, exercitus jam paratos causa agendi, Arabes supra dictos conscripsit. His rebus igitur effectum, ut e latibulis vocatae variolae serperent per Asiam; Et exinde, a cruce signatorum peregrinationibus, et commercio, longe lateque sepe spargerent. Hujus morbi clades quid depingam? Nonne a calculis cautissime institutis patet, ex tanta multitudine, quam variis temporibus invaserunt variolae, septimum quemque ad minimum succubuisse; et illorum qui supervixerunt vitam aerumnosam permultos traxisse? Vim pestiferam mitigare nequicquam conati sunt medici, donec per infisionem variolas transferendi modus fuit inventus et exercitatus. Sed artis hujus utilitas nostra commendatione nequaquam indiget: Nam satis est experientia late patente probata. In Asia procul dubio fuit primo excogitata variolarum infusio: Sed lapsus temporum inventoris nomen gentemque delavit. Pylarinus hanc artem autem opinatur, ex Theffalia in Smyrnam, Byzantium,

et

et hisce finitimas regiones fuisse translatam.
Majore tamen verisimilitudine ab aliis ex-
istimatur, ab India Orientali, et praecipue e
Georgia et Circassia, fuisse allatam. Iстis e-
nim regionibus, et foeminarum forma, et
mos, eheu! crudelis valet, illas in servitu-
tem addicendi. Ubi igitur juvenes vario-
lis laborantes minimo periculo versatos esse
observaverint; formae decus, et vitae cau-
sa conservandi, illis admodum adolescenti-
bus morbum arcessiverunt. Etsi haec ars
in Societatis Regiae Londinen sis Actis, sicut
in Asia exercita, hujus seculi initio depin-
gebatur; tamen, ad Dominae Mariae Wort-
ley Montague dies, in Europae gentibus,
nemo artem experiri ausus est. Matrona
haec celeberrima, anno circiter millesimo
septingentesimo et octodecimo, Byzantii
habitans, infisionis in his regionibus effec-
tus salutiferos rite perpendens, filium suum
operationi subjecit; nec fuit eventus spe
minor. Ex Asia reversa in Britanniam,
secum artem transtulit; et filiae variolas im-
pertivit, felici iterum eventu. Denique, ut

10 DE VARIOLIS INSERENDIS.

artem magis promoveret, epistolas quasdam ingeniosas scripsit, omni persuasio argumen-
to, hominum attentionem ad hanc artem stimulans. His modis in Europa coepit coli infitio; tarde tamen progrediebatur, do-
nec Georgio Primo regnante, in sex capite
damnatis, et postea in multis aliis sponte
fese offerentibus, instituebantur experimen-
ta. Etiam si vero in omnibus fuit eventus
secundus, et ars peritissimis spectata per
Europam peragrare incipiisset; per insciti-
am tamen, vel quod animis vacuis nondum
fuit ars accepta; iterum relangescere per-
missa, in desuetudinem fere tandem abiit.
In America interim Septentrionali, et sub
ventum jacentibus insulis, majorem cele-
britatem atque nomen ars consecuta est.
His enim regionibus variolarum naturali-
um strages solet esse ingens: Quarum im-
perio lethali ut obviam irent, per infitio-
nem ultro morbum incitabant. Et cum
votis in omni periculo respondebat eventus,
in Europa, insperato fuit ars restituta; et
in Britannia maxime, viginti abhinc circi-

ter

ter annos. Eo tempore Suttonius, vir artium liberalium etsi rudis, summa sagacitate incisiones profundas et emplastra rejicit, calorem et lectum prohibuit, potionesque sumere frigidas, et aërem purum respirare jussit. . Cum melius fieri haud potuit quam factum fuit, omnia quae obstiterunt removit ; et hujus operatoris methodus tutior redditia, hodie placide accepta est.

De modo Corpus efficiendi Morbo opportunius.

Sexui omni, aetati, et temperamento, praeparationis unum modum adhibent Suttonii discipuli. Sed praxis haecce a ratione tam abhorrens repudienda est, et pro re nata tantum administranda.—In hac re tractanda, de aetate primo dicam ; de qua multum disputatur. Manifeste vero patet, eam aetatem, quae inter secundum et sextum accidit annum, optime convenire. Tunc nec conditio ad inflammationem spectans,

quæ

quae cito postea inducitur, nec nervorum
mobilitas, modo quippe decepta, infestantur,
variolis ambo inimicae. Nam, ante secun-
dum annum, ex temperamento mobili, ex
dentitione et vermibus, convulsionibus ob-
noxii sunt infantes. In illis quoque exha-
lationis fluxus est minor, quam debet ad
materiam variolosam in cutem transferen-
dam. Sed, quod majoris momenti est,
calori immodico ex necessitate saepe ex-
ponuntur; quoniā in cunis illos de-
ponere, in brachiis gestare, necnon, ube-
rum ductionem permittere, solent nutri-
ces. Praeterea saepe molestior, inter-
dum prorsus obstrūcta, redditur suētio, pa-
pulis nares oppalentibus, et transitum prohi-
bentibus aëris. Porro, si urgent symptoma-
ta, nec demulcendo nec comminando, ut
sumant mēdicamenta, infantes tam teneros
flectere potes. Neque nos infisionem dif-
ferre oportet, donec conditione inflamma-
toria tensius evadat corpus, quae sextum
post annum fieri solet. Nam ab experientia
pro certo habemus, hanc conditionem ma-
ligniorem semper efficere morbum. Nec-

non debilitati est obnoxia adulta aetas, ex venere, intemperantia, moerore, et terrore; quae contagionis acerbitudinem augere, jam dudum comperta sunt usu.

Qui morbi sunt Infectioni vel opportuni vel inimici, est proxime disquirendum.

Si quos consilium est inserere licuerit nobis feligere, nullo morbo tentatos, procul dubio, anteferremus: Quum autem, graftantibus variolis, in morbis laborantes, vel etiam valetudine fluctuantes, ut insererentur faepe expetitum; est igitur medici, inter eos qui magis minusve nocent, rite discriminare; ut instituatur non tantum vera prognosis, sed etiam a periculo impendente praemoneatur inserendus. Ex observatione constat, morbos ad pyrexiarum classem pertinentes variolis maxime esse incongruos. Quippe quod, dum horror corpus invadit, in cutem inducitur constrictio, qua soluta

soluta augentur calor, et cordis vasorumque actio. His rebus igitur obstructa exhalatione, ad superficiem raptim propellitur et accumulatur venenum; unde papularum sequitur confluxio, omnis periculi origo. Cum morbi febriles non adsunt, quin inferi liceat variolas nil impedit: Etiam in gravidis et membribus fluentibus; nisi forsitan prima aggraffione, cum premunt indicia febris.

De Anni aptissimo Tempore.

Variolarum inferendarum tanta est benignitas, ut, in climate saltem placido Britanniae, anni tempestate qualibet, impune perficiatur operatio. Sed uno ut tempore frequentius graffantur morbi epidemici, et alio, temperamentum inflammatorium, tempestas his minime abnoxia est eligenda. Estatis igitur principium caeteris antependendum est: Id scilicet tempus, quod men-

ses Maium et Junium includit; frigore humido hyemali, nec non veris conditione inflammatoria, tunc solutis; et Syrii pestiferi ardore nondum urgente. Inflammationem in fugam conjecit aestas, solida laxiora reddendo; exhalationi quoque, hyberno frigore cohibitae, immittit habenas. Nunc enim viscerat omnis arbor campusque, et tota naturae facies, salutem indicans, secum adfert hilaritatem.

Veneni Electio.

De materiae variolosae electione multum dicitur. Ex naturalibus variolis tantum alii, alii ex fictilibus, vel etiam ex ambobus, sine ullo discrimine petunt. Hi ex crudis, etiam ex vulnera ante febris accessionem; illi ex maturioribus; denique ex benignis et malignis, sumunt. Sed, si res mature aestimatur, caeteris paribus, omnium eundem esse eventum reperiatur. Praeterea, demonstrant

16 DE VARIOLIS INSERENDIS.

demonstrant et usus et ratio, variolarum benignitatem ex conditione corporis, unde sit subtracta materia, minime pendere; sed ex corporis temperamento in quod introductum. Ex corpore autem non sano, et variolis malignis, venenum depromere; vetat fama medici, vetat consanguineorum anxietas.

Praeparatio.

De modis quibus diaeta, et medicamentis, corpus veneno paratus efficiatur, proxime quaerendum est. Suttoniae methodi fautores, et quidam alii, ut supra dictum, validis et enervatis cibum eundem, et eadem medicamenta, administrabant. Sed, si obtinet conditio inflammatoria; minimo cibo, exercitationibus, sanguinis detractione, et catharticis, est solvenda. Contra, si corpus vel natura sit debile, vel morbo extenuatum; regimen generosius certe utendum.

At

At, urgente nullo morbo, vel variolis inimico temperamento, regimen solitum permittendum est. Porro, si infantibus infectio-
nem movere cogimur; prius in cubili dormire, et ex cochleari bibere, assuesci debent;
malis jam dictis causa obviam eundi. In corpus ad infestionem parando; praeter ca-
thartica, medicamentorum usum prorsus silentio transfavi; quippe haud necessaria sunt in nullo morbo tentatos. Insuper, quae administrata sunt, nihil valere existimare ducimur; quippe enim cuique aetati et habitui, ut regimen jam dictum praescribuntur; et in quantitatibus tam exiguis, ut per ea paratius reddi nequeat corpus.

Operatio.

His de praeparatione praemissis, ad modos variolarum inferendi diversos ventum est.
Graecoru[m] nonnulli morbum ciebant, punc-
taras obliquas in mento, maxillis, fronte,

C

metacarpo,

metacarpo, et metatarso, faciendo; in quas veneni pauxillum ex adolescentulo morbo naturali affecto depromptum, ac in sinu servae calefactum, infundebant. Alii quidem cum sanguine, ex variis vulnusculis acu factis detracto, venenum miscebant, et vulneribus applicabant; nucum putamina (concavis partibus juxta vulnera positis) supra applicantes. Talibus modis in Graecia excitatae fuerunt variolae, ut memoriae prodiderunt Pylarinus et Timonius.—Ab ipsis, sed aliter, peracta fuit operatio. Ille vero, ut partes carnosae pungantur, quo minus doloris minusque inflammationis cieretur, suadet; hic ut brachiorum musculi. Sinenses goffypii veneno et moscho imbutam turundam in nares indere solent, variolas caufa movendi. Modus Sinensis Meadius noster in puellam, quae una fuit e sex capite damnatis, experimentum fecit; octodēcim circiter annos nata est. Hanc invaserunt variolae, eodem tempore ac alios veneno modo diverso expositos; vero multo acrius instabant; et super alia capitum dolor.

Byzantini,

Byzantini, a quibus ad nos ars translata fuit, puris variolosi pauxillum in puncturas acu factas indendo suscitant morbum.--- Africani, cum infectionem impertire cupiunt, in variolis infecti cubiculum inserendum adduci jubent; et e papulis matutinis surreptum venenum, in cutem inter digitum indicatorium et pollicem extensam, linunt. Ejusdem partis cutem, acu, cui est filum annectum pure imbutum, interdum perforant: Sic infectio, a fili in vulnere restrictione, vel transitu ejus tantummodo, praebetur. Eodem fere modo utuntur Indiae Orientalis operatores. Eodem necnon consilio infantibus aliquando, faccharo syrupove admistum, dant venenum: Sed sic administratum, a ventriculo saepe respuitur; unde inceptum inane.---Veneno cutem illinendo, metacarpos cervicemque etiam ligaturis infectis cingendo, variolas movent Cambro-Britanniae Caledoniaeque monticolae. Inter Gallos et Helvetios, cuti nudatae emplastro epispaftico applicatur materies. In Britannia, amplis brachi-

orum

orum vulneribus scalpello inflictis, goffypium, linumve tinctum inferendo, usitatum fuit invitare morbum. Hodie vero in brachio unico tantum, ubi institui solent fonticuli, scalPELLi cuspide imbuta, operculis interdum usitatis, sed plerumque rejectis, vulnus leve infligitur. Si modorum praecedentium eventus rite expendantur; non aliter inter se discrepare invenientur, quam quod postremus plus simplicitatis et jucunditatis, sibi jure vendicat. Venenum quo circa alicui quum impertiendum est; a variolofo cui vires aliter integrae, sit extempore depromptum, scalPELLi cuspide communis; morbi quo stadio, non vero momenti: Ex maturitate enim, vel ex puris fluiditate, operationis minime pendet even-tus. Musculi deltoides insertione, cutem veram inter et cuticulam, valde sit vulnus leve inflatum. Ut vix horae momento, in vulnere detentum sit scalpellum, vel ut vera cutis perfodiretur, haud necessarium. Inania ac etiam nocentia sunt emplastra et ligatura; infectionis quia progressus lestorem

lestiorem non tantum reddunt intuitionem; sed quod in ulcus foedum, et aegre sanandum, plagam aliter mitem ^{degenerare} saepe efficiunt. Segregatus a variolis contactis per decem ad minimum dies sit inferendus, ne cursu naturali infectio surripiatur; et ita, si minus felix eventus fuerit, in infitione haeret culpa. Curiose enim prospiciendum semper est, ne artis tam salutiferae adversarii armis instruantur. Venenum recens maxime petendum est; aridum tamen si servatum sit, fermentationem adeo ut nullam subiret, quin inferatur nil vetat.

Infectionis Progressus.

Ad cursum infectionis tandem pervenitum est; de quo certiores facti sumus, in morbi prioribus saltem stadiis, a vulneris faciem curiose intuendo. Infectionis signa, die insequente, v^{uln}us ~~vix~~ ^{haud} exhibet ulla. Sed triginta sex horis vix elapsis, pulicis

morfum

morsum plaga refert, corrugatur cuticula circumstans, et, applicato digito, durescere percipitur. Tentatur, quarto die, prurigine vulnus; et in vesiculae medio tenuis cernitur lympha. Eiusdem brachii axillam, quinto die invadunt tumor, dolor, atque rigor. Sexto septimoque, in vulnus multo acrius instat inflammatio. Octavo autem die, horror, languor, vertigo, virium prostratio, calor auctus, et pulsus velox, febris aggressionem plane indicant. Hoc tempore efflorescentia, vesiculam lympha distentam cingens, pollicis ad latitudinem ampliatur. Et, si microscopio attente exploratur vulnus; pustulae quaedam confluentes conspici possunt, primo etiam febris impetu. Triduo se subducunt indicia febris, et papulae statim inflammatae, plus minusve confertim per cutem sparsae, in lumen prodeunt. Finitur decimo tertio eruptio; et papulae pure benigno repletae tandem, diem vicefimum circiter, in squamas abeunt; foveolas depresso raro relinquentes. Febre fugata, ad pristinam fere hilarita-

hilaritatem redire solet aeger. Variolarum
fictilium hic cursus usitatus est. Sed ordo
longe diversa interdum observatur. Die
enim infisionem sequente, aliquando in-
flammatio occupat vulnus. Et contra, in-
fectionis signa nonnunquam non tam matu-
re se ostendunt: Quinto adeo ut vel sexto
die, tam levia sunt, ut aciem oculorum fere
eludant. Incisionem purigo et color rosa-
ceus, axillam tumor, rigor, atque dolor,
denique corpus febris multo serius quam
tempore supra dicto, invadunt. Diversam
formam induit febris; nam nausea, vomitu
frequente, languore, viriumque prostratio-
ne, aliquando stipatur. Febre adhuc faevi-
ente, et stadio maxime papularum eruptio-
nis, corripiunt infantes aliquando convul-
siones epilepticae: Quae, pro corporis mo-
bilitate, plus minusve faeviunt; plerum-
que sunt quidem mites, et eruptione facile
repulsa; alias vero tam acerbae, ut, nihil
proficiente auxilio, aegrotus de medio tol-
litur. Inter papulas, maculae rubrae sunt
interdum sparsoe; quae tamen triduo e
confpectu

conspectu se auferunt. Pustularum erumpit, et si rarius, mefis altera, horrore, capitatis dolore, et febris caeteris ministris comitata: Quae cursum tamen solitum non currunt; tempore vero eodem ac prioribus discedunt. Aberrationes caeteras enumereare, non est consilium; variolarum enim naturalium vestigia premunt, et ab eodem fonte causas ducunt. Inter signa quae corpus tactum esse denotant, dolor, tumor, et rigor axillae, et febris, ut pathognomonica semper ponenda sunt. Nulla enim inflammatio, nulla quam patitur suppuratio vulnus, horum uno vel altero absente, sunt credenda. Ex multis observationibus practicis, sed maxime ex exempli historia, nuper nobis concessa ab ingenioso Domino Dawson de Sedburgh, in agro Eboracensis septentrionali divisione, chirурgo celeberrimo, illa signa spectatissima uti testimonia depovere adducimur—Ecce historiam: ‘ In the spring of the year 1772, two children of one family were inoculated, nearly in the manner of Doctor Dimsdale. A slight inflammation

inflammation appeared on the third day, which on the fifth was considerably increased, and a hardness perceived on pressure. The inflammation, on the eighth day, was much increased, extending nearly the breadth of half a crown. A gentle pressure being now applied to the inoculated parts, matter issued out pretty freely, with which a cotton thread was wet; and, that it might be perfectly saturated, it was drawn through the matter that came from each. With this thread nine or ten were inoculated, by first making a slight incision in their arms with a clean lancet; and then applying a small piece of the cotton thread, which was retained on the parts by plasters.

Every one of these had a fever, and eruption of pustules in due course; whilst the children from whom the matter was taken, had neither pain in the axilla, fever, or eruption. But, on the eleventh day, the inflammation of the parts abated; and, two or three days afterwards, there

‘ remained nothing but a dry scab. At
‘ the request of the parents, they were a-
‘ gain inoculated in the other arm of each;
‘ when, contrary to expectation, the parts
‘ inflamed, and underwent nearly the same
‘ change as before. But axillary pains
‘ were now felt; and, about the ninth or
‘ tenth day, a pretty smart fever acceded;
‘ which was, in the usual time, followed
‘ by a copious eruption of fine small pox.
‘ The parts first inoculated were not in the
‘ least affected by the second inoculation.
‘ Quaere, At a proper time, might not these
‘ children have been inoculated from them-
‘ selves?’

Spiritum foetidum, ut febris eruptionem
antecedentis notam pathognomonicam, ta-
metsi ponit Dimsdalius ingeniosus, silentio
praeterii: Ab experientia enim et ratioci-
nio, a foetore febribus omnibus communi,
discrepari quid possit, parum nobis videtur.
Vel, si sit etiam major, calomelanos usui
liberali nonne ascribendus sit?

Signorum

Signorum ratio.

Venenum insitum inflammationem partis vulneratae gignit, et effusionem lymphae idoneae, ad ciendum morbum. A vasis lymphaticis in succorum massam, sic imbuta lympha, defertur. Axillae glandulas tumore, rigore, et dolore afficiens. In sanguinis massam, sui generis, fermentationem admissum excitat venenum; unde oritur febris. Cur in febris productionem occupantur octo circiter dies, nobis non est dicere. Naturalibus tamen aequa ac fictilibus, necessarium videtur, temporis hoc spatium, vel etiam longius. Ancillae enim exemplum, octodecim circiter abhinc menses, sedulo observavi. Curam et nutrimentum variolis tentatae forori praebuerat; cuius post restitutionem, rediit ad prioris dominae ministerium, a forore et infectione longe remota. Post redditum die octavo, febris eruptionem praecedentis signa se ostendebant,

stendebant, et, soluta febre, papularum variolofarum eruptio. Corpus plerumque integrum quoniam adoritur venenum, febrem inflammatoriam genitam esse, haud mirum. Quum autem veneris, seu vivendi intemperantia, vel alia qualibet causa, vires prostratae sunt, longe aliter accidit. Ut omni enim contagioni vim addit debilitas, sic febrem pessimi generis semper inducit. Debilitatis effectus, peste tentatis, fere semper lethales sunt ; qui novi nupti enim, vel qui more Graeco biberunt, vel porro qui terrore vel moerore fuerunt depresso, huic morbo gravissimo saepe occubuerunt. Corpore debilitato, tardius progreditur infectio; sexto adeo ut die, vix cerni possit vulneris inflammatio. Infantes tenerrimos, vel quorum dentes jam erupturi sunt, maxime infestant convulsiones ; excessui igitur tribuendae sunt irritationis. Remittente febre, erumpunt papulae. Tinctis enim sucis, ad cutem, perque eam simul cum materia exhalabili, propelli incipit venenum.

At

At, si febris terminos extra solitos vagetur, ad cutem nimis raptim transfertur, a cordis et vasorum aucto impetu, venenum: Officiis fungi ita ut exhalantibus non praebetur otium: In periculo sic summo versatur aegrotus, pustulis nimirum confluentibus. Vel calori immodico, vel regimini generoso, danda est eruptio rubra: Nam semper solet evanescere, sublatis horum uno et altero. Fonte ex eodem papularum fluunt messis secunda, et natura morbi confluens; antecedunt enim haec signa febris plus minusve acerba.

Prognosis.

Signorum observatione dignorum, causis sic indagatis; propriarum notarum sequitur explicatio, quae vel infectionis signa, vel quae spem vel metum ostendunt. Inflammationis si signa maturiora exhibit vulnus; cursus morbi brevis erit, et eventus secundus.

Contra,

Contra, tardius si progreditur inflammatio, sexto adeo ut die pro colore rosaceo, circumdet vesiculam pallor, et durescere vix percipientur vulneris labia; metuendus est eventus. Si quinto vel sexto die tentantur glandulae axillae tumore, rigore, et dolore; humores infectos non tantum indicant ista signa, verum etiam morbi benignitatem. Si febris ^{em} comitantur virium defectus, pallor, pulsus debilis, et caetera febris pessimi generis indicia; difficultis aegroto valetudo. Si, saeviente febre, accedunt convulsiones leves; terreri parum convenit: Sed, si acerbius et crebrius instant; subest mortis periculum. Post agressionem tertio si die soluta est febris, et eruptio distincta, et si etiam copiofa, (^{in lucem prodit} papulis rotundis et versus margines inflammatis), salus facilis. Si, post inflictum vulnus, axillam invaserit dolor, vel febris utcunque levis supervenierit; morbum productum iri non est dubitandum; quamvis etiam, discedente febre, nullae eruperint papulae. Limites si solitos transit febris; papulas esse numerosas expec-

expectandum est. Si faciem occupavit papularum eruptio copiosa et confluens, in medio depresso^{er}, et lympha repletarum ichorosa; vix aliquid spei, vix aliquid auxilii est in medicina. Si comitantur maculae rubrae; non difficulter fert morbum aegrotus; facile repellantur enim regimine tenui.

Modus medendi.

Cognitis indiciis, quae nos vel spe confo-
lentur, vel metu terreant; ad morbi curati-
onem transeundum est. Variolarum, ut ex
febris natura et conditione plerumque pen-
det eventus; ad cursum ejus igitur obser-
vandum, maxime dirigendus est curantis
animus. Sed creberrime accidit, eruptio-
nis moram, papulas confluentes, necnon et
omnia minus propitia signa, ortum ducere
ex nimia ad inflammationem dispositione;
quam corrigere, in primis necessarium est.

Corpore

Corpore infecto, interdicenda sunt aromata, caro, et liquores generosi. Aquam frigidam bibere liceat, et liquores subacidos; et fructibus maturis necnon uti. Bis circiter, vel, pro temperamento, catharticis refrigerantibus sit alvus ducta, febris ante adventum. Exercitatio porro, sub dio, pro viribus, permittenda est. Febris indicia ut raro gravia observantur; praeter catharticum, prima invafione, et regimen tenue, alia parum postulant medicamenta. Urgente febre inflammatoria, ut in adultis interdum fit; frequentius respirandus sit aër purus, adhibenda cathartica, et sine mora mittendus sanguis. Plerumque autem interdicitur, papulis erupturis, sanguinis detractio: Sed ex theoria tantum opinamur. Ex usu enim saepe comperimus ^{vix} hujus remedii potestatem salutiferam; in juvenis exemplo, praesertim tres abhinc circiter annos; quem oppresserunt per spatium horarum quinquaginta, et etiam ingravescentia indicia febris. Sanguinis detrahere non dubitabatur largam quantitatem; papula-
rum

rum etsi instare credebatur eruptio : In vicinitate enim sese sparsissent variolae. Nec fuit spe minor eventus ; se subducente enim febre, in lucem prodiit papularum benignarum eruptio distincta. Si semicupio tepido cedere haud curant, quae infantes corripiunt convulsiones; protinus recurrendum est ad anodyna : (Sanguinis enim detractionem, alvi ductionem, vel vesicatoria, administrare non est semper otium.) Moschum nunquam valere; at laudani liquidi largas quantitates saepe observavimus. Si indicia infectionis tardius procedunt, et profertur in medio pessimi generis febris; regimine minimo nimis libere parum convenit uti : Sed jusculis, et vino cum aqua admista, subveniendum est aegroti viribus. Terminos solitos fitraneat febris, si vires succumbant, et minime erumpant papulae; in talibus quantitatibus exhibeatur tartarus emeticus, ut cieatur vomitus; sed maxime nausea, et ad cutem materiae exhalabilis determinatio. His modis enim emundatur

ventriculus, discutiuntur in ductu alimentario congestiones, et, cutis spasmo soluto, via paratur veneno cum exhalationibus misto. Si (quod non saepe accidit) infestet cynanche; a potationibus frigidis abstineat aeger, et aliis huic morbo inimicis. Si confluant papulae, et tardius in suppurationem abeant; ducenda est non minus alvus, et aëri puro aeger exponendus: Porro, cortex Peruvianus et anodyna adhibenda sunt. Materiam aliter ichorofam et malignam benignius efficiunt haec remedia; non quidem quod ulla peculiari gaudeant potestate; sed vires quod fulciant, et vasa languida stimulent. Quem doctrinam causa confirmandi, infantium ubera ducentium; necnon febre intermittente depressorum, quorum vires cortice Peruviano subveniendae sunt; exempla narrare sufficiat; nam illi præ omnibus rejiciunt infectionem. Denique, cum in squamas abeant papulae, ducenda est semel vel bis alvus. Regimen dein ad pristinum redeat aeger, rationemque vivendi.

Tanta

Tanta est variolarum vero fictilium benignitas, ut plerumque nulla, sive per diaetam, sive per medicamenta paratione, opus sit, non evolutis etiam papulis. Centum enim, quibus annis abhinc tribus, Aprile, Maio, et Junio mensibus, infitione morbum communicavi, aetatum conditionumque variarum; exhibita fuerunt nulla medicamenta, saltem efficacia, nullaque paratio; ordinarium et porro permisum fuit regimen. Horum nonaginta et novem optime procederunt. Et observatione dignum est, ut ex centum, tres tantum in eadem domo, qui, per matris nimis officiosam curam, aërem purum, mense etsi Junio, respirare non permisisti; et quos vestibus semper vel stragulis, vel ad focum inflammatos, inveni; variolarum majorem malignitatem fuisse, quam caeteris, et papulas iis plus confluxisse. Ex his succubuit unus, variolarum oppressus confluxione. Duobus caeteris, etsi eruptio copiosa, tamen eventus secundus. In exemplis supra dictis, fuit puer tumoribus et

et ulceribus strumofis, circa fauces, valde tentatus ; cui tamen fuere variolae benignae, sine morbi prioris ulla exacerbatione.

Unde Infusionis profluat Utilitas.

Medendi ratione sic praemissa, hujus artis unde oriatur utilitas, deinceps exploranda est.

imo, Ex veneni exigua portione introducata, minus malignas evasisse artificiales existimabatur, quam naturales ; in his enim pro vero habebatur, veneni majorem quantitatem, a pulmonum et cutis vafis bibulis, absorptam esse ; unde perturbationem graviorem suscitatam. *Enimvero nec experientia nec ratiocinio, adornatur haec doctrina.* Quippe enim, si fermentationem movendo, ut supra dictum, morbum producit venenum; valet aequa plus minusque veneni. Autem verisimillimum est ex vestibus,

stibus, stragulis, aliisque veneni receptaculis, morbum esse attractum ; a quibus exigua tantum quantitas impetrare potuerit. Porro, si duobus hominibus sit communica-
ta veneni eadem quantitas, et calori unus expositus, et regimini tenui, et aëri puro, alter tractatus ; illi paucae, huic papulae numerosae et confluentes, caeteris paribus, contingent.

2do, Neque tribuenda est, veneni electioni, hujus artis utilitas. Morbus enim benignus evaserat a veneno ex corpore exanimo de-
prompto ; et, vice versa, ex distinctarum veneno malignus.

3to, Nec a paratione per diaetam, vel medicamenta, inferendi cui salus integra aptius evadit corpus : Paratis enim et im-
paratis eadem benignitas.

4to, Quod ex humano corpore nuperrime depromptum sit venenum, momenti est for-
sitan nonnullius : In morbo naturali enim pessimi generis venenum ex vestibus, et aliis fomitibus, saepe captatur : Summam ubi vi-
rulentiam

rulentiam liceat fibi comparare subeundo fermentationem.

5^{to}, *Ætatis, temperamentorum, et anni temporis selectio, multum procul dubio valet.* Nam illa aetate variolas arcessere licet, ~~qua~~^{cum} nec dentium eruptio, nec morbi metus, nec animi affectus deprimentes aut graves, veneris seu vivendi intemperantia, vel alia obnoxia, intercedere possint. Quin etiam anni tempus feligere liceat, nullo graffante epidemico.

6^{ta}, De adventu morbi infitione arcessi, ut semper sumus praemoniti; temperamentum inflammatorium, vel aliud inimicum, otium est pellere in fugam.

7^{mo}, Ut quaedam aëris constitutio variolarum naturalium graffationi procul dubio necessarium est; morbi quoniam malignitas, cynanche aphthosa, aliaque inauspicata fonte ab hoc oriuntur; hujus sic evitatio, corpori incorrupto variolis impertitis, majora promittit commoda.

8vo, Denique, aëri audacter exponere, omni morbi stadio, usum aëris puri, et regiminis tenuis non intermittere, valde profint. His enim magnopere mitigatur variolarum naturalium acerbitas.

Emolumentis sic infisionis enumeratis, a re non alienum erit, leviter perstringere quae contra artem objecta.

Morbos alios una cum veneno variolofo impertitos iri contenditur: Et cynanches aphthosae, febris miliariae, nec non rubeolae, et cutis affectionum, prolata sunt exempla. Sed ad convincendum minime valent hae objectiones: —Tempore quoniam eodem ac variolae graffabantur morbi supra dicti: Cursu igitur naturali, verisimillimum est, illos captatos.—Et praeterea, in exemplis relatis, cursum his morbis proprium semper cucurrisse, non patet. Nulla denique adhuc instituta experimenta, hos morbos infitione posse moveri ostendunt. Quod vero objectum est, artis hujus exercitationem, variolas aliter dormientes difeminare,

40 DE VARIOLIS INSERENDIS.

feminare, ne flocci quidem pendendum est.

Quaedam aëris constitutio peculiaris autem, ut supra dictum, ad variolarum disseminationm valde necessaria est. Conditionis et hujus defectus, quae infitioni tam praeclara cedit commoda, morbi graffationem diffusam etiam impedit. Ter, ad minimum, temporibus locisque distinctis, morbum impertivimus, naturalium graffationē longe remota; et ex illis diffundi negaverunt variolae; commercium etsi cum intactis non semper impeditum fuit.—Praeterea inventum est, quanto crebrius graffentur variolae, tanto minus eas esse exitiosas. Ætatem tunc enim non tam proiectam, et variolis idcirco auspiciatorem, invadit morbus.

Interemptorum a variolis numerum Londini auctum fuisse dicitur, hujus post artis introductionem; mortuorum ut ex tabulis confisci possit. Hoc vero testimonium est inane. A tabulis enim accuratis simis Doctoris Jacobi Sims, interfectorum

DE VARIOLIS INSERENDIS. 41

a variolis numerum (annis ultime praeteritis quatuor exceptis) ab anno millesimo sexcentesimo et vicesimo nono, ante artis hujus introductionem fere seculum, semper increvisse, probatum est. Mortuorum igitur incrementum ex aliis causis petendum: Et maxime forsitan ex incolarum a rure, et regionibus variis, in urbe, majore quam antea fuit, influxu.

F I N I S.

